100 469



QUÆSTIO MEDICA,

QUODLIBETARIIS DISPUTATIONIBUS, manè discutienda, in Scholis Medicorum, die Jovis vigesimâ-septimâ Novembris.

M. ANTONIO LE CLERC, Doctore Medico, Præside.

An ex eo quod mulier crebrò superfœtet, minus bene concluditur hominis generatio ab ovo?

I.

QUOMODO fiat hominis generatio, problema solutu difficile, diversorum huc usque fuit systematum occasio. Præ cæteris receptissimum istud, quod ab ovo generationem hominis instituit. Hujus officina primigenia, ovarium muliebre, creditum à veteribus appellatumque testes. Illic ovum, in quo singulas hominis futuri partes designatas putamus, cuditur, conditurque, donec vivacioribus virilis seminis particulis ad fœcunditatem excitatum, suis è receptaculis, trans tubas exiliat in uterum: cujus calore fotum & humiditate, non prius intumescit, quam spiritus ejusdem ovi hospes intimus, antea quasi veternosus expergefiat. Præ jugi, præpete turbineaque subtiliorum, quarum centro potissimus insidet, particularum agitatione, citius avolaret ille; ni moleculæ seminis utcunque crassiores, ad peripheriam abactæ, ocyssimam ipsius fugam sisterent efficaciter. His itaque staminibus irretitus opifex, claustra molliore nisu primum expandit, varias spargit in uteri fundum à quibus origo placentæ radices, præter quas alimentum simul & incrementum excipiente fœtu, diducta prius inaniaque spatiola sensim

ac fine fenfu cogitamus impleri, fingulas demum fœtus partes haud aliter vicibus evolvi, atque mandata telluri plantarum femina paffim explicari videmus.

II.

VEROSIMILLIMAM hanc humanæ genefeos opificii rationem elevare conantibus placet cafum fuperfœtationis inducere. Secunda nimirum ifta conceptio, quæ ut mulierum omnium non eft, ita nec omnium graviditatis menfium, ex illorum fenfu, pofitâ hominis ab ovo generatione, videtur iis prorfus ἀδυνατὸς. Ovum muliebre, inquiunt, ftatim atque jucunda virilis feminis aura fuit afflatum, domicilii velut pertæfum fui, & quietis impatiens, erumpit illico, hæfurum aliquandiu intra tubæ ductum, vel illinc in uteri fundum ufque nulla mora fefe projecturum. Si prius, interclusâ virili femini ad ovarium ufque viâ omni, palam fit non poffe iftud applicare fefe ad quodpiam ovum; quapropter ad primam conceptionem altera non accedet. Si pofterius, ovo in fundum uteri delato, atque per factam fui juris fpiritus energeiam, pro ampliore loci fpatio magis ac magis in dies intumefcenti, transformato in embryonem, tunicis aquas capientibus veftitum, è gravitatis legibus fequitur, ut farcinâ in orificium interius uteri devolutâ, obfignetur id accuratius, quam quod in uterum quidquam penetrare poffit, unde gravida fuperfœtet, oriundum ab ovo jam fœtum gerens.

III.

CAVEAT porro philofophaturus omnis, quem phænomenon infolens aliquando morabitur, ne in explicandâ difficultate propofitâ, inops forfan acrioris judicii, rem quæ effe fierive poteft imprudenter inficietur. Prima fecundaque conceptio inter fe revera conveniunt, quod virile femen exquifitum effe oportuerit, ova muliebria bene materiata; differunt nihilominus quod in illa fpiritus opifex uno ac eodem tempore duplicem infiftere poffit in utero viam, id eft præter utramque tubam ovarium utrumque fubire. Si nempe dextro in ovario nullum ei obvium fuerit ovum requifitis infignitum caracteribus, ocyus infert fe finiftrum in ovarium, illic fœcunditate donaturus ovum aliud, in quod ut par eft conformatum inciderit. In hac feu fuperfœtatione, quam ultra primum alterumque graviditatis menfem fieri poffe contendimus, licet ovum, quod ex ovario dextro, verbi gratia, migravit in ejufdem lateris tubam, ibi fiftatur, meatum aditu

omni prohibito claufurum. Cur, patenti per tubam finiftram itinere feminalis fpiritus illac in ovarium eidem tubæ finitimum fefe non infinuabit? ubi obvio fibi primum admotus ovo laudabili fœcunditatem haud dubiè largietur, decipiente gravidam mulierem altera, quam minus expectabat generatione.

I V.

SED efto defilierit fœtus in uteri fundum, atque fecundis velut utre tumefcentibus, deorfum hoc pondere fic trahatur, rimam ut nullam faciat interius orificium uteri, præter quam admitti quidpiam poffit intus poftea tranfmittendum. Id folum accidere conftat, quoties & quamdiu gravida mulier erecta ftabit; qua mutante fitum, fupinaque vel prona decumbenti, nemo non intelligit involucra fœtus atque contentas iifdem aquas minus recta minufque graviter incumbere debere interno uteri orificio. Scilicet loco cedunt aliquatenus impedimenta ifthæc, virili femini fecundum extimam fui peripheriam commeatum præbitura peropportunum. Cujus ubi femel in fundum uteri perrexit, & ejufdem eximio calore continuo rarefactum eft, fubtiliffimæ particulæ in ovarium advolant, futuræ fuperfœtationis efficaciffimæ parentes. cœterum mulieribus quibufdam fingulis omnino quinque menfibus, aliis fingulis omnino feptem periodicè parientibus, difficulter animum induces tuum quî fœtus intervallo temporis adeo brevi poffit & primum ducere fuæ fabricationi exordium, & tantum fui corpufculi partium incrementum fufcipere.

V.

DETINETUR in tubis fœtus hebdomadas fex duofve menfes, unde cum egreditur, magnitudo illius pollicis eft dimidii; nec videtur intra reliquorum graviditatis menfium decurfum poffe tantum alimoniæ fumere, quantum fufficiat oportet, magnitudinem ut affequatur illam, ad quam affurrexit, quando in lucem editur. Perfuafum tibi nihilominus efto de generando fœtu altero, vel poft quintum menfem à generato priore fœtu. Cum hoc ille quatuor menfes utero geritur, & poftquam ipforum origine priorem, maturumque mulier enixa eft, fuperftes in utero pofterior nonimeftrem maturitatem affecutus, perinde ac prior in lucem prodit. Sic puerperæ lochiorum expurgatione perfunctæ, per menfem, tertiò non minus incautè fuperfœtant, quam fecundæ conceptioni prius fuerant obnoxiæ; utriufque nimirum fimilis eft utique ratio. Sic fex, feptem & octo fœtus ftata quinti

cujusque mensis periodo, vicibus, nascuntur. Idem sit de septimestri partu deque variis partus humani temporibus, quorum frequentiora prostant exempla, proportione servatâ, judicium.

Ergo ex eo quod mulier crebrò superfœtet, non minus bene concluditur hominis generatio ab ovo.

Domini Doctores disputaturi.

M. Claudius Burlet.	*M. Joannes Franciscus Foy-Vaillant.*	*M. Raphaël Maurin.*
M. Alexander Petrus Mattot.	*M. Alexius Littre.*	*M. Petrus Cressé.*
M. Claudius Bourdelin.	*M. Philippus Ignatius Save.*	*M. Alexander Michaël Denyau, Professor Regius.*

Proponebat Parisiis EUSEBIUS ADRIANUS THUILLIER, Parisinus, Baccalaureus Medicus. A. R. S. H. 1698.

Apud Franciscum Muguet, Regis & Facultatis Medicinæ Typographum.